

VI

Bern et filius eius Bern, Adelbertus, Hartnit, Rödolfus de Lato Lapide, Albericus, Theodericus. Facta est autem ipsa traditio anno incarnationis domini MLXXXVII., indictione X., XI. kalendas Augusti.

Hic descripta sunt proprie predia quę dominus abbas Willelmus sancto Gregorio concessit.

Diemarus quidam, capitaneus de Driuels, veniens Hirsaugiam ad conversionem, dedit eidem ecclesię predia sua in Öberencheim, XII hōbas cum vineto, in Özenhusen¹¹ VIII hūbas, et ad Vinkenberc¹² quod ibi habuit.

Erchenbertus de Rotingun dedit Hirsaugiensi ecclesię duas partes in Husen¹³, ecclesiam ex integro et dotalem mansum cum omni iure, et ad Hvfelinhart duas hōbas.

Comes Alewicus de Sulza et frater eius Herimannus dederunt Hirsaugię in Nieuerun¹⁴ quod ibi habuerunt, id est partem ecclesię et tres hōbas.

Comes Burchardus de Stöfenberc dedit in eodem loco tres hōbas.

Cōno de Tahenstein dedit iuxta Öberencheim tria loca Hirsaugiensi ecclesię, videlicet Morterstal¹⁵ totum, et ad Cazenbach¹⁶ duas hōbas, et ad Bienenheim¹⁷ duas hōbas cum piscatione satis utili.

Domnus Gebehardus abbas, noviter ad conversionem veniens, cum fratre Egenone, dedit in Öwa et Atenherde iuxta Renum duo predia Hirsaugiensi ecclesię. Quę postea in concambium data sunt pro VI hōbis in Gotelibingun.

Tres germani fratres, Adelbertus, Wimarus, Liutpertus de Ysolteshusen, dederunt in eodem loco predium suum Hirsaugię, quod postea in concambium

¹¹Laut STEPHAN MOLITOR (BEARB.): Das Reichenbacher Schenkungsbuch (Veröffentlichungen der Kommission für geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg. Reihe A, Bd. 40). Stuttgart 1997 Zuzenhausen, Zuzenhausen, HD (vgl. GUSTAV BOSSE: Zur älteren Topographie Württembergs, besonders im Codex Laureshamensis. In: Württembergische Vierteljahrshefte für Landesgeschichte 10 (1887), S. 58-62 u. 137-154, S. 140).

¹²Finkenhof.

¹³Kälbertshausen.

¹⁴Altnuifra.

¹⁵Mörtelstein.

¹⁶Neckarkatzenbach.

¹⁷Binau.